O. JOACHIM BAR O. F. M. Conv.

NAJSTARSZE DOKUMENTY ZGROMADZENIA PANIEN PREZENTEK

Zgromadzenie Panien Prezentek, z domem głównym w Krakowie przy ul. św. Jana 7, zostało założone w Krakowie jako pierwsze polskie zgromadzenie zakonne dla wychowania i kształcenia dziewcząt. Początkowo (1627 r.) erygowane jako pobożna fundacja przy ul. Szpitalnej, zostało około 1660 r. przekształcone w zakon. W zakładzie krakowskim wychowywały się głównie sieroty i dziewczęta ubogie. W XIX wieku została otwarta w klasztorze — na życzenie władz państwowych — pierwsza w Krakowie zakonna szkoła powszechna. Zgromadzenie PP. Prezentek w przeciągu trzystu lat swego istnienia położyło znaczne zasługi w dziedzinie wychowania i kształcenia dziewcząt.

W krakowskim archiwum zgromadzenia znajduje się kilkanaście oryginalnych dyplomów na pergaminie lub papierze z wieku XVII i XVIII. Dokumenty te dotychczas nie ogłoszone drukiem, stanowią ciekawy przyczynek do dziejów wychowania i kształcenia dziewcząt w dawnej Polsce.

* * *

Obecnie ogłaszam dziewięć dokumentów z XVII wieku i jeden z XVIII wieku. Dokument 1. jest aktem erekcyjnym pobożnej fundacji i podaje pierwotny statut zakładu wychowawczego. Utwierdzenie zakładu ze strony Stolicy Apost. podaje dok. 3, a ze strony władz państwowych dok. 4. Wyrazem życzliwości ze strony królowych Polski oraz zrozumienia dla wychowania i kształcenia dziewcząt jest dok. 2, 6. i 9. Uzupełnienie życzliwości królów polskich dla panien prezentek zawiera dok. 10. Stwierdzeniem praw i przywilejów przysługujących fundacji jako instytucji kościelnej jest dok. 5. Dok. 7. i 8. są dowodem zabiegów, aby fundację Zofii Czeskiej przekształcić w klasztor klauzurowy; usiłowania te się

nie powiodły z innych względów (co wyłożyłem w historii zgromadzenia [1]) — i nie pomogło nawet pozwolenie królewskie.

1

1627, 31 maja, Kraków.

Szyszkowski Marcin, biskup krakowski, eryguje kanonicznie przy ul. Szpitalnej w Krakowie zakład pobożny dla wychowania i kształcenia dziewcząt ubogich i sierót, założony przez pobożną matronę Zofię Czeską z Maciejowskich i zatwierdza statut przytoczony w akcie erekcyjnym.

Martinus Szyszkowski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiensis.

Significamus omnibus et singulis praesentium notitiam habituris et quos infrascriptum negotium aliquo modo tangere poterit, quomodo comparitum fuit coram Nobis Judicioque Nostro nomine Nobilis Matronae Sophiae Czeska, exponentes piam ipsius intentionem fundandi Domum communem in qua puellae minorennes tam in domibus Nobilium quam in civitate Cracoviensi aliive progenitae educarentur. Cum igitur omnem reliquae vitae suae rationem eo transmiserit, unde magnam Dei gloriam, incolarum Regni consolatio et aeterna animae suae salus merito expectari possit ac debeat, duas domos muratas in platea Nosocomiali vulgo Szpitalna nuncupata, secundam et tertiam a primo Vico sumptibus propriis camparavit, quae simul iunctae unam efficerent habitationem dictarum puellarum, earumque institutionem accomodatam. Certam etiam pecuniae summam tum haereditariam tum industria sua quaesitam ad eundem finem liberaliter dedit et dedicavit, uso in ea re consilio Reverendorum in Christo Patrum Societatis Jesu ad Sanctam Barbaram Cracoviae degentium, quorum opera erectionem ipsius et continuam in posterum in iis quae ad Deum et doctrinam christianam pertinent gubernationem a Nobis imploravit, debita cum instantia petendo, quatenus sanctum hoc institutum nonnisi cum ubere tam Nobilium quam Civium fructu coniunctissimum auctoritate Nostra admitteremus et approbaremus, ipsamque Domum cum omnibus suis adiacentiis, reditibus, censibus, emolumentis et commodis, nec non et eleemosynis pro sustentandis pauperioribus puellis immunitati ecclessiasticae adscriberemus. Sed ne cui hac

[1] praca w maszynopisie.

in parte praeiudicium aliquod generari posset, ipsamque domum puellarum ad praescriptum Sacrorum Canonum novissime Concilii Tridentini constitueremus, requisivimus a Reverendis Erasmo Kretkowski Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali, Alberto Łubiński Canonicis Ecclesiae Nostrae Cathedralis Cracoviensis Fratribus charissimis, ut ad praedictam plateam Nosocomialem seu Hospitalem descenderent, areas ad eum finem, ut praefertur, comparatas, nec non structuras omnes ac fabricam una cum commoditatibus filiarum in communi victurarum atque educandarum diligenter inspicerent, de modo tandem et ratione iuxta quam certus numerus nominatarum filiarum sive ex reditibus propriis sive ex consuetis eleemosynis possit commode sustentari sciscitarentur. Eadem opera commissimus eisdem ut vocatis et invitatis Reverendis Patribus Societatis Jesu ad Sanctam Barbaram in praesentia Nobilis Sophiae Czeska Fundatricis de statutis et observationibus Domus quibus supranominatae Filiae regi deberent collationem facerent, ut simul illa revideremus et iuxta constitutiones tam Clementis V de Religiosis domibus, in corpore Juris Canonici inclusas, quam Clementis VIII de Confraternitatibus Romae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quarto publicatam ipsumque Concilii Tridentini decretum de Collegiis quibuscunque, eleemosynis, montibus pietatis sive charitatis, piis denique locis omnibus quomodocunque appellatis quae Sacrum Concilium Locorum Ordinariis subiecta esse voluit, etiam tamquam Sedis Apostolicae delegati protectione nostra muniremus. Quod cum supranominati Reverendi Domini Commissarii Nostri ea qua par est dexteritate perfecissent, Nobisque visa omnia cognita et intellecta, in clauso rotulo, ut moris est et styli, transmisissent, animadvertimus narrationem et expositionem officiose coram Nobis factam cum ipsa re oculis subiecta convenisse et convenire, videlicet in platea saepenominata Nosocomiali Cracoviensis coemptas Domos lapideas duas commode esse aedificatas, debite clausas et accommodatas, in quibus tres classes Filiarum Nobilium honestarum contineri possint. Primam quidem pro puellis utriusque status tam orphanis quam pauperibus quae ex reditibus atque eleemosynis domus ordinariis vivent. Secundam pro iss quas parentes sui sive amici sive tutores educandi causa in eadem Domo habere voluerint pro stipendio annuo more convictuum adolescentum masculorum, seu Virginum saecularium in claustris sanctimonialium recipi solitarum. Tertiam pro iunioribus, nimirum sex vel septem annorum, quae per aliquod temporis spatium a parentibus suis horis antemeridianis et pomeridianis ad instar aliarum scholarum ad addiscendum legere, scribere, telasve contexere atque efformare singulis diebus mittentur et penes parentes suos fovebun-

tur, Quae classes uti ipsaemet erunt separatae, ita distinctas superiores suas, seu matres habere debunt. Deinde Reverendi Patres Societatis Jesu ad Domum supranominatam Sanctae Barbarae degentes, conscripta statuta Domus ita fundatae, et per nos erigendae, ad affectationem Nobilis Fundatricis saepedictae, fecerunt nobis exhiberi, quorum tenor sequitur et est talis:

Krótka instrukcja o Domu panieńskim

1. Przedsięwzięcie albo koniec Domu ten jest, aby młode panny z dzieciństwa w bojaźni Bożej, uczciwych obyczajach i przystojnych stanowi swemu robotach były ćwiczone.
2. Dom ten ma tak ścisłe zamknienie, że do niego żaden mężczyzna nie może wejść i z żadną panną rozmów ani sam przez się, ani przez kogo inszego czynić, wyjąwszy potrzebę choroby ciężkiej, że i to przy starszej. Z domu też żadna panna nie ma wychodzić nigdzie, wyjąwszy za wielką potrzebą do rodziców albo opiekunów i to bardzo rzadko, z mistrzynią albo z jaką inszą stateczną panną od starszej naznaczoną, które wczas przed nocą mają się do domu wrócić.
3. Dom ten na trojakie panny jest postanowiony. Pierwsze sieroty, albo uczciwych ludzi acz ubogich tak stanu szlacheckiego jako i miejskiego stanu córki. A te będą żywnością, odzieniem i inszymi potrzebami z dochodów, albo jałmużny domu panieńskiego opatrowane. Te panny roku czternastego, a najdalej piętnastego dorósłszy, za staraniem starszej i radą panów prowizorów (jeśliby rodzice ich albo nie dbali o nie, albo nie mogli) do klasztoru albo za mąż mają być wydane. Co jeśliby nie mogło być, tedy takie przystojnie odziawszy do bacznych i pobożnych pań na służbę obracać mają. Drugie panny, które w tym domu mają mieszkać, ale w różnym z swą mistrzynią mieszkaniu, które rodzice obojego stanu do pewnego czasu na ćwiczenia dadzą. A od tych rodzice tak mają płacić, żeby własnym ich kosztem uczciwie były wychowane. A skoro piętnastego roku dorosną, rodzicom albo opiekunom będą oddane. Trzecie dzieci młodsze być mogą, w roku szóstym, siódmym, które na naukę czytania, pisania, szycia, haftowania etc. na kilka miesięcy tak po ranu jako i po obiedzie z domów swych będą przychodzić, a przy rodzicach mieszkać. Te także będą mieć osobną mistrzynię, a z domowymi nie będą się łączyć.
4. W domu jest oratorium przystojne, przy samych drzwiach domowych, które jest tak sposobione, iż kapłan w panieńskim zamknieniu nie bywszy Mszę świętą odprawi, a panny z swego zamknienia nie wychodząc jej słuchać będą co dzień. W święta

zaś i niedziele starsza i panny dorosłwsze i które starsza będzie rozumiała, do kościoła św. Barbary na pewne miejsce dla kazania i dłuższego nabożeństwa z swymi mistrzyniami chodzić będą i z nimi się do domu wracać. A po obiedzie w katechiźmie i nauce chrześcijańskiej ćwiczone będą.
5. Spowiedzi swe i Komunie w kościele Ś. Barbary odprawiać mają, wyjąwszy te, które dla słusznych przyczyn z domu nie będą mogły wychodzić. A każda z domu tego będzie miała spowiednika ex *Patribus Societatis*, któremu by zupełnie sumienie swe otwierała. Jednak pospolicie dla wszystkich ma być jeden, którego starsza domu panieńskiego, albo *Pater Praepositus* Świętej Barbary, im naznaczy.
6. Życie w domu tym na kształt konwiktów porządnych: zaczym wspólne życie wszystkich, wspólna kuchnia, refektarz, piwnica, łaźnia, bez osobków prywatnych (jednak na te, od których płacą wzgląd będzie miany). Także o jednej godzinie wstanie, modlitwy, obiad, wieczerza, ćwiczenia i roboty wszytkie.
7. Żywność na starszą, panny ubogie i pomocnice domu tego ma być z intraty ziemskiej, czynszów, jałmużny i roboty ręcznej panieńskiej.
8. Zwierzchność domu tego jest taka. Jego Mość Ks. Biskup Krakowski opiekun pierwszy domu panieńskiego, jako pasterz i najwyższy dozorca wszystkich miejsc pobożnych. Tenże bądź przez się, bądź przez insze wizytować będzie ten dom kiedy wola Jego Mości. Tenże od starszej domu tego rachunek prowentów tak z majętności, czynszów, jako i jałmużny wziętych będzie brał kiedy Jego Mość będzie raczył. *Confraternitas Misericordiae* (która jest przy kościele świętej Barbary) opiekunem także w tym będzie, aby raz we dwie albo we trzy lata z pośrodka siebie na półrocznej schadzce obrała albo potwierdziła dwóch mężów pobożnych i bacznych, którzy by byli prowizorami domu tego. Panowie prowizorowie z poradą księdza Starszego albo spowiednika, starszą domu panieńskiego raz w rok mają obierać, albo też od roku do roku potwierdzać i insze powinności według opisanych ustaw domu tego zachować. Starsza będzie wszytkimi pannami i wszytkim domem rządziła nie według zdania własnego, ale według tego jako jej opisano.
Taż trzy mistrzynie, jedną dla ubogich panien, drugą dla tych które dają na ćwiczenia, trzecią dla dzieci, które co dzień dwa razy z domów swych na naukę przychodzić będą [naznaczy][2].
9. Moc na panien przyjmowanie, wypuszczanie, w pewnym sta-

[2] tego słowa brak w oryginale.

nie stanowienie, jest przy starszej i panach prowizorach za radą spowiedniczą i konsensem.

10. Porządek domowy jest dostatecznie opisany według którego żyć mają. Także sposób jest opisany, jako panny w bojaźni Bożej, jako w obyczajach im przystojnych, jako w których robotach zwierzchownych ćwiczone być mają. Na ostatek opisane są powinności starszej, powinności mistrzyń i powinności każdej pomocnicy.
11. A iż nie wszystkie panny, o które proszą, mogą być przyjęte, przetoż choroby i wady są opisane, z którymi panny nie mają być przyjmowane.
12. Ażeby w nabożeństwie się zaprawiały, Mszę św. codzień kapłan, z tych jeden albo dwa, którzy mieszkają przy kościele św. Barbary i bractwie miłosierdzia, odprawiać będzie w ich oratorium osobliwie dla tych, którym się z domu wychodzić nie zejdzie, na co fundusz już się poczyna.

His itaque omnibus per nos visis et probe intellectis, comperimus domos lapideas supranominatas in platea Hospitali Cracoviensis per nobilem Sophiam Czeska emptas et comparatas, una cum suis areis atque aedificiis quibuscunque aere ipsius proprio absolutis, nec eleemosynis quibusvis et aliis obventionibus, tam per ipsam Fundatricem, quam per alios Christi fideles ad eundem effectum designatis, tamquam puras, omnino mundas, et ab aliis quibusvis exactionibus atque oneribus exemptas esse. Ideoque piae ipsius voluntati satisfacientes et postulata nomine ipsius Nobis porrecta admittenda prout eadem pro officio Nostro pastorali circa pias fundatorum intentiones de instituendis domibus religiosis sollicitas admissimus, accedente consensu Sacrae Regiae Maiestatis, praesentibusque admittimus. Prona est enim ad mundi voluptates sequendas adolescentia, et nisi a teneris annis ad pietatem informetur antequam vitiorum habitus homines possidere incipiat, nunquam satis ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in lege divina perseverare solet. Nec immerito studia parentum christianorum ad erigendam per Nos dictam domum conversa sunt, nam quales nascantur liberi, nulli in manu est, at ut recta institutione evadant boni, ipsorum potestatis est. Et quaemadmodum industria agricolae primum semen in terram deponit, deinde uti conspexerit e semini factam arbusculam non ipsam relinquunt in eadem terra, sed inde revulsam in aliud transferunt solum, ut beneficio terrae noviter educetur. Ita christiani parentes liberos suos in eiusmodi domos, ubi sunt perpetuae fontium scatebrae et irrigationes spirituales, transferre debent prout fecerunt parentes Sarae, uxoris Tobiae iunioris, Susannae et aliarum matronarum quarum a teneris institutio in Sacra Scriptura satisque Patribus commendatur. Qua de causa Sacrum Concillium Tridentinum ultra vetustiores Canones curam seminariorum, eleemosynariarum, et aliorum quorumvis piorum locorum Episcopis, in quorum dioecesibus existunt, quam diligentissime commendant serioque praecipiunt. Itaque ad laudem Dei Omnipotentis, Patris, Filii et Spiritus Sancti, et Ecclesiae Sanctae Dei ornamentum, domuum praedictarum instar seminarii aut convictus puerorum cuiusvis dioecesis pro informandis puellis destinatae, emptionem, venditionem, resignationem, cessionemque acceptavimus et acceptamus, eandemque auctoritate Nostra ordinaria approbamus, confirmamus, libertati atque immunitati ecclesiasticae adscribimus, ut deinceps eadem praerogativa gaudeant, quibus sacrae domus de licentia et assensu suorum Ordinariorium institutae gaudere dignoscuntur. Praeterea damus et tribuimus potestatem Confraternitati Misericordiae eligendi et designandi Provisores duos domuum saepedictarum discretos ac devotos, qui singulis annis superiorem feminam domus, adhibito consilio superioris patris ad Sanctam Barbaram aut confessarii, habeant ius eligendi aut semel electam ex causis confirmandi. Haec porro superior domus Nobis Nostrisque successoribus Episcopis Cracoviensibus rationem administrationis suae tam de censibus quibusvis quam de eleemosynis provenientibus, singulis annis iuxta praescriptum Concilii Tridentini reddere tenebitur, ipsaque cum universa domo visitationi Nostrae nec non correctioni subiecta esse. Porro omnibus et singulis nunc et in posterum in eadem domo degentibus tam superioribus quam inferioribus praecipimus ut Nobili Sophiae Czeska pro tunc seniori suae ac magistrae, et aliis pro tempore existentibus, in omnibus honestis ac licitis obediant, iuxta statuta domus, quae similiter eadem auctoritate ordinaria approbamus et ratificamus. Electionem vero provisorum ad annum dumtaxat restringimus, prout restrinxit statutum provinciale consvetudine rationabili praescriptaque confirmatum. Caetera omnia quo ad admissionem puellarum, educationem earundem, receptionem summarum pecuniariarum ab ipsis seu parentibus ipsarum, ab alliis vero eleemosynarum, emissionem tandem e domo post elapsum definiti temporis, iuxta statuta per Nos ut praefertur approbata, in suo robore reliquimus prout decreto nostro relinquimus in perpetuum. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo Nostro fecimus communiri. Datum Cracoviae die trigesima prima Maii Anno Domini M D C X X Septimo. Praesentibus Admodum Reverendis Generosis et Nobilibus Andrea Szyszkowski, Scholastico, Stanislao Garwaski, Stanislao Rudzki, Chrystophoro Nosarzewski Canonicis Cracoviensibus, Joanne Kwaśnicki S. Theologiae et Juris Utr. Doctore Preposito

Voynicensi Archidiacono Sądecensi Causarum Curiae Nostrae Generali Auditore, Alberto Serebryski, Custode Opatoviensi Canonico Tarnoviensi, Samuele Calina Juris Utr. Doctore Praeposito Neocorcensi Auctorum Curiae Notario, Alexandro Rychłowski Sławkoviensi, Chrystophoro Zydowski Spytkoviensi, Martino Dobrochowski Wawrzynecensi Cappellaneis, Marciano Sierakowski, Petro Kłobukowski, Joanne Poniatowski, Jacobo...[3] Aulicis Nostris et aliis quam plurimis fide dignis.

Martinus Szyszkowski Episcopus Cracoviensis

Oryg. pergaminowy w formie poszytu, wymiar 31 × 40 cm, kart 5 i pół (karta druga, trzecia, czwarta dołem obcięta). Ostatnia strona nie zapisana. Pieczęć woskowa okrągła o średnicy 5 cm, na sznurku jedwabnym czerwonym. Tekst i pieczęć dobrze zachowane. Oprawa poszytu skórkowa z 1874 r., z wytłoczonym złotym napisem: „Pierwotna erekcja bpa Szyszkowskiego".

2

1630, 26 czerwca, Warszawa.

Konstancja, królowa Polski, żona króla Władysława IV, bierze w opiekę zakład Zofii Czeskiej, ufundowany w Krakowie dla wychowania i kształcenia dziewcząt.

Constantia Dei Gratia Regina Poloniae et Sveciae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, nataque Archidux Austriae.

Significamus praesentibus Nostris litteris quorum interest universis et singulis piis Nobilium matronarum institutis favere Regium sanctumque ducimus et pietati Christianae inprimis consentaneum. Proinde dum ex hominibus vita et doctrina probatis intellexissemus Generosam D. Sophiam de Macieiowice Czeska Matronam aque Nobilem ac piam a viginti prope annis in viduali statu vacare christianae pietatis officiis, tum praecipue se suaque impendisse puellarum vel parentibus orbatarum vel egentium piae educationi atque institutioni. Nos hoc eius laudabile institutum, ut eo magis propagetur, Regio Nostro patricinio fovere volumus, praefatamque Generosam D. Sophiam de Macieiowice Czeska in patrocinium et protectionem Nostram accipimus una cum bonis et domicilio pupillisque quas alendas educandasque suscepit et in posterium sus-

[3] zostawione miejsce na nazwisko.

cipiet. Quod ad notitiam omnium et praesertim Magistratuum quorumvis Regni deducentes benigne requirimus, ut praememoratam Generosam D. Sophiam de Macieiowice Czeska, uti iam sub patrocinio et protectione Nostra existentem, pacate vivere et pro instituto suo vacare sinant, neque aut ipsi ullam ei molestiam facessant, aut ab aliis personae, rebus alumnisque eius ullum praeiudicium inferri permittant, eamque tueantur et immunem a quarumvis personarum iniusta impetitione praestent, ac honestati imprimis, securitatique suae, suorumque diligenter consulant. Quod aeque Nobis gratum, ac officiis eorum consentaneum fuerit. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro communiri iussimus. Datum Varsaviae die 26 Mensis Iunii, Anno Domini M D C X X X.

Constantia Regina

Oryg. papierowy, podwójnie złożony, wymiar 32 × 19 cm, dobrze zachowany, pieczęć okrągła o średnicy 4 cm, wyciśnięta na papierze (na podkładce woskowej.)

3

1633, 24 maja, Warszawa.

Visconti Honorat, arcybiskup Laryssy i nuncjusz Apostolski w Polsce, zatwierdza w imieniu Stolicy Apost. fundację Zofii Czeskiej dla wychowania i kształcenia dziewcząt w Krakowie i zmienia niektóre przepisy ustalone w akcie fundacyjnym.

Comes Honoratus Vicecomes Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Larissenus et in hoc amplissimo Poloniae Regno Magnoque Lithuaniae ducatu cum facultatibus Legati de Latere Nuncius Apostolicus.

Ea semper in pias erga Deum voluntates et eius perfectionis zelatores in Sacrosancta Matre Ecclesia fuit pietas, ut qua se illae latitudine charitatis in divinam gloriam propagandam, cultum promovendum, amorem tum in se tum in aliis excitandum, effunderent: ea...[4] illas, ipsa benevolentiae gremio exciperet exceptas cum maiori beneplaciti divini incremento foveret et favore singulari prosecutas, qua gratiarum ubertate, qua protec...[5] veretur: etsi vel aetate, vel sexu pusillae essent, quo constantius et altius

[4] pergamin zniszczony.
[5] pergamin zniszczony.

in Deo formarentur auctoritatis suae soliditate, per summos sui Rectores, ac eorum Vicarios robo...[6] confirmaret. Hinc illa sanctae beneplacentisque propensionis in honorem divinum, salutemque animarum, in mentibus Fundatorum, piorum locorum, hospitaliumque vix concepta germina, hoc favoris gratiarumque sinu excepta, et fota, in eam processerunt felici vigore abundantiam et maturitatem, ut toto pene orbe, eorum zelo et ardore voluntatum, maximum divina gloria acceperit et accipiat incrementum, aeterna mortalium animis uberrime creverit et crescat salus, singulare Ecclesia Christi susceperit et suscipiat cum ornamento augmentum; nova demum ac nova, certo adeundae salutis progenerata sint et progenerentur suis posteris exempla. Hanc benignitatem et favorem Sanctae Matris Ecclesiae et protectionem, sancte ambiens paucis ante annis nata et per Reverendissimum olim Martinum Szyszkowski Episcopum Cracoviensem in sinum Ecclesiae excepta, pia de Deo, saluteque sua et proximorum benemerendi voluntas, Nobilis ac devotae Matronae Sophiae de Macieiowice Czeska, quo firmius radices agere, et uberiores salutis fructus divinique cultus in puellis, parentibus honestis orbatis, vel egentibus (quas pie ad obsequium divinum instituere et a teneris ad honestam morum normam educare, de propriis bonis et industria quaesitis et haereditariis ad id intentum coëmptis, separatim in civitate Cracoviensi domibus constituit) perciperet, supplicationem Nobis humiliter fecit, ut piam hanc eius voluntatem, quippe hoc in Regno exemplo novellam et benedictione Apostolica quam impartitam habemus dignaremur, et auctoritate qua ex officii Nostri munere pollemus, firmaremus. Nos igitur iusta supplicatione inclinati, visa et lecta fundatione dicti pii loci pro puellis utriusque status Nobilis ac Civici tam orphanis quam pauperibus, aliis a parentibus, aut consanguineis, amicis aut tutoribus pro educatione dandis, per dictam Nobilem Sophiam de Macieiowice Czeska facta, et cum nonnullis Constitutionibus conscriptis erecta, ac per Illustrissimum ac Reverendissimum olim Martinum Szyszkowski Episcopum Cracoviensem acceptata et confirmata, ut eum locum incolentes et frequentantes puellae in pietate erga Deum, et moribus recte compositis fideliter instituantur, similiter in legendo et scribendo, aliisque muliebribus operis pro captu uniuscuisque instruantur et exerceantur, ad certos aetatis annos, suscipientes petitionem piae Matronae, tenore praesentium, Apostolica auctoritate Nobis commissa et qua fungimur hac in parte, vigore Nostrarum facultatum Apostolicarum ad quarum insertionem hic minime tenemur, fundationem cum suis constitutionibus, de data Cracoviae die trigesima

[6] pergamin zniszczony.

prima Maii millesimo sexcentesimo vigesimo septimo in pergameno exaratam, manu defuncti olim Reverendissimi D. Martini Szyszkowski Episcopi Cracoviensis subscriptam, et sigillo eius munitam, ac facultatem ab eodem Reverendissimo Episcopo Cracoviensi celebrandi Missam per legitimos praesbyteros in Oratorio Domus illius (quod Nos quoque lustravimus) concessam, ac peculiari diplomate in pergameno cum suscriptione dicti supra Episcopi, et sigillo ipsius conceptam et conscriptam de data Cracoviae XXX Julii anno M D C X X I X approbamus et confirmamus, tam in parte quam in toto, excepta tamen illa particula, in qua facultas asservandi in dicto Oratorio Sacrosanctum Sacramentum in ciborio conceditur, quam hac in parte infirmam, et pro non adiecta haberi volumus et mandamus, perpetuoque Apostolicae firmitatis robore communimus, nec non omnes tam iuris quam facti defectus, qui forsan super praemissis quomodolibet intervenerint aut intervenirent supplemus. Volumusque praesentes litteras Nostras atque olim defuncti Reverendissimi D. Martini Szyszkowski Episcopi Cracoviensis coram Nobis productas omnia et singula in eis contenta valida et eficatia perpetuo fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere. Quod tamen Constitutiones quae de Superiorissa et Provisoribus habentur, ad evitandas magnas difficultates in hoc Regno excitari solitas, circa exigendos census, lites prosequendas, et ad commodam educationem puellarum, expedire iudicamus et volumus, ut Superiorissa Nobilis, a moderna Fundatrice nominata, et consequenter etiam aliae Nobiles Superiorissae successive futuris temporibus ab antecedente, cum scitu et approbatione Reverendissimi Episcopi Cracoviensis pro tempore existentis eligendae usque ad mortem eo officio fungantur. Viri quoque duo in Provisores Nobiles maturi et pii atque auctoritate pollentes potius, quam de Confraternitate Misericordiae plebei, similiter a Superiorissa cum scitu et aprobatione Reverendissimi Episcopi Cracoviensis eligantur. Licitum insuper erit, habita ratione temporis, necessitatis et aliarum piarum occasionum occurentium, aliquas ulteriores Constitutiones Ordinationesque, prioribus superinducere, vel illis etiam addere, vel minuere, aut demere, de consensu tamen Nostro, vel Reverendissimi Episcopi Cracoviensis pro tempore aut successorum Nostrorum. Et attendentes quantum commodi et emolumenti ad Christianam pietatem in Republica ex tam pio opere sperare liceat, ne haec pientissimae Matronae fundatio puellaris pauperum, et aliarum rite educandarum in hac domo per Nos visitata immutari aut in aliquem Ordinem Religiosum transferri possit, neve praesentes litterae Nostrae de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, et intentionis Nostrae, immo Sanctae Sedis Apostolicae cuius vices gerimus, in hac parte, vel quodam alio defectu

mutari seu impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari, seu etiam revocari, suspendi et restringi, limitari, modificari, vel illis in aliquo derogari ullatenus unquam possit (irritum et inane, si secus super his a quomodocumque quacumque auctoritate vel ignoranter attentari contigerit) decernimus ac declaramus Apostolica auctoritate praedicta, earundemque praesentium per tenorem. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque etc. Datum Varsoviae die XXIV. Mensis Maii Anno M D C X X X I I I.

Honoratus Vicecomes Archiep. Larissenus Nuntius Apost.

Oryg. pergaminowy, nieco zniszczony, wymiar 59 × 46 cm, pieczęć woskowa okrągła o średnicy 5,5 cm na czerwonym jedwabnym sznurku.

4

1633, 30 czerwca, Grodno.

Władysław IV, król Polski, zatwierdza fundację Zofii Czeskiej i bierze ją pod swą opiekę oraz nadaje jej przywileje, jakie przysługują instytucjom kościelnym w Polsce.

Vladislaus IV Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, nec non Suecorum, Gotthorum, Vandalorumque haereditarius Rex, electus Magnus Dux Moscoviae.

Significamus praesentibus Nostris litteris quorum interest universis et singulis. Ad Regalis functionis officium pertinere ducimus pauperibus et piis locis protectionem Nostram praebere, ac institutiones devotarum matronarum pietati christianae consentaneas conservare et protegere. Quocirca cum Nobilis ac devota Matrona Sophia de Macielowice Czeska se suaque impenderit puellarum vel parentibus honestis orbatarum vel egentium piae educationi atque institutioni, pro earumque habitatione cum consensu, admissione et approbatione Reverendi olim Martini Szyszkowski Episcopi Cracoviensis (coram Nobis de data trigesima Maii, Anni millesimi sexcentesimi vigesimi septimi producta) duas domos muratas in platea Nosocomiali vulgo Szpitalna dicta atque hortum emerit domui puellarum dictarum inscripserit et pro earundem sustentatione certam pecuniae summam tum haereditariam, tum industria sua quaesitam dederit et donaverit, supplicatum est Nobis, quatenus tam sanctum Institutum et fundationem piae Matronae approbaremus, in protectionem Nostram susciperemus ac immunitati ecclesiasticae tam personas, locum et bona adscriberemus. Nos itaque huic supplicationi iustae faventes, laudabile hoc institutum et fundationem praedictae Nobilis Sophiae Czeska cum omnibus suis redditibus, censibus et commodis necnon eleemosynis, ac omnibus articulis in confirmatione Reverendi Episcopi Cracoviensis expressis approbamus et confirmamus dictamque fundatricem in protectionem Nostram Regiam, una cum puellis quas alendas educandasquae susceperit et in posterum suscipiet, cum omnibus bonis et domicilio accipimus. Personas ipsas eiusdem domicilii, dictas domos cum horto educationi dictarum puellarum donatas a iurisdictione tam castrensi quam civili et quavis alia, oneribusque civilibus eximimus, immunitatibus, libertatibus iuribus et praerogativis ecclesiasticis quibus alia bona ecclesiastica et pia loca in Regno Nostro gaudent ex nunc auctoritate Nostra Regia adscissemus et incorporamus, temporibusque perpetuis exemptas et immunes esse volumus. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas sigillo Regni communiri fecimus. Datum Grodnae die XXX mensis Junii Anno Domini M D C X X X I I I. Regnorum Nostrorum anno Primo.

Vladislaus Rex

Confirmatio fundationis
Nobili Sophiae Czeska

Oryg. papierowy, podwójnie złożony, wymiar 44 × 29 cm, dość dobrze zachowany, ale pismo już wyblakło, pieczęć okrągła o średnicy 9 cm wyciśnięta na papierze (na podkładce woskowej).

5

1658, 15 listopada, Kraków.

Trzebicki Andrzej, biskup krakowski oraz komisarz królewski, stwierdza, że kamienice leżące przy ulicy Szpitalnej w Krakowie i będące siedzibą zgromadzenia panien prezentek dla wychowania dziewcząt, są wolne od podatku zwanego pobór.

Andreas Trzebicki Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cracoviensis, Dux Severiae, a Sacra Regia Maiestate tum ab Universis Ordinibus Regni Poloniae ad infrascripta specialiter datus et deputatus Commissarius etc.

Universis et singulis quorum interest, intererit, aut quomodolibet in futurum interesse poterit, significamus praesentibus litteris No-

stris. Quomodo personaliter coram Nobis comparens Admodum Reverendus Joannes Dobrzycki Canonicus Scarbimiriensis Congregationis Virginum Saecularium sub Titulo Praesentationis B. M. V. Regulae S. Euphemiae in Platea Sancti Spiritus Cracoviae Poenitentiarius et Capellanus, lapideas super quibus domus dictarum Virginum est locata a solutione Contributionum vulgo pobór alias trzos dictarum liberas pronunciari nomine dictarum Virginum debita cum instantia petiit et postulavit. In praesentia Nobilis Joannis Zembrzycki Spectabilium Proconsulis, Consulum totiusque Magistratus et Communitatis Urbis Cracoviensis Causarum Syndici generalis et Clarissimorum Francisci Rolinski et Petri Sleszkowski Consulum Cracoviensium Medicinae Doctorum, eidem Syndico assistentium, dictas lapideas subiacere oneri solvendarum contributionum ex quo sunt recenter acquisitae dicentium. In contrarium praefatus Capellanus Iura numero tria liberationis dictarum lapidearum et adscriptionis immunitati ecclesiasticae produxit. Nos vero supramemoratus Commissarius visis huiusmodi Iuribus quoniam dictae lapideae ab erectione huiusmodi domus dictarum Virginum et initio fundationis sunt in residentiam earum et habitationes ac capellam conversae: Ideo ex his et aliis rationibus animum Nostrum moventibus, inhaerentes Constitutioni Regni, easdem lapideas oneri solutionis Contributionum minime subiacere, et seniorem in dicta congregatione Virginum nunc et pro tempore existentem ad easdem exolvendas non teneri declaramus et pronuntiamus. In quorum fidem praesentes manu propria subscripsimus et sigillo communiri iussimus.
Datum Cracoviae die decima quinta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo. Praesentibus Illustribus et Adm. Reverendis Joanne Skarszenski Custode Visliciensi, Joanne Markiewicz Varmiensi Canonicis Cracovien. Iuris Utr. Doctoribus, Joanne Grabowski Prothonotario Apostolico Praeposito Sandecensi et Carolo Wosniowski[7] Philosophiae Doctore Praeposito Mielecensi coram Nobis Notario.

Andreas Episcopus Cracoviensis

Decretum Congregationis
Virginum
Regulae Sanctae Euphemiae

Oryg. pergaminowy, dobrze zachowany, ale pismo już nieco wyblakło, wymiar 36 × 22 cm, pieczęć woskowa okrągła o średnicy 6 cm, silnie zniszczona (widoczny herb, bez legendy), na sznurku jedwabnym zielonym.

[7] nie wiadomo, czy tak należy czytać dwie pierwsze litery nazwiska.

6

1661, 8 stycznia, Kraków.

Ludwika Maria, królowa Polski, żona Jana Kazimierza, bierze w opiekę zakład dla wychowania dziewcząt, założony przez Zofię Czeską, a pozostający obecnie pod kierownictwem Katarzyny Albiczówny.

Ludovica Maria Dei Gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Princeps Mantuae, Montisferrati et Niverniae haereditaria.

Significamus praesentibus litteris Nostris quorum interest universis et singulis. Eam apud Nos mereri pietatis consentaneum sacram ac caeteris allis institutis eademque virtute supereminentem Virginum Orphanellarum Congregationem erectam non ita pridem per Generosam olim Sophiam Czeska matronam pietatis christianae officiis laudatissimam in Urbis huius platea Sancti Spiritus sitam et a Sancta Sede Apostolica approbatam, Regulam et instituta Sanctae Euphemiae Virginis tenentem, ut eam tot virtutibus deditam, non tantum Orbe isto Polono, sed cunctis etiam christianorum Provinciis dignam asseramus, Nostramque sacrae eidem Societati impertiamur protectionem, dum praesertim intra Nos pensamus illa tanta admirandae planeque supernaturalis pietatis in proximum officia qua pius hic coetus tenerrimae etiam sexus sui aetati prompto promit affectu easque intra se fovere solet orphanellas et pupillas quae ipsius etiam naturalis rationis expertes nedum parentibus aut tutoribus orbae, cunctisque periculis ita obnoxiae ut vitae professandae magis quam honestati tutandae, per suam tenellam aetatem pares esse videantur, quo tamen loci praebentur cunctis matrum officia. Ad quod ita laudandum ac satis depraedicandum caritatis munus cum sese Generosa Deoque dicata Catharina Albiczowna Skorecka (piis suae Praedecesstricis insistendo vestigiis) devoverit, inque eadem pia institutione a tenerrima sua aetate constanter et omni cum modestia, pietate et honestate, non minora christianae eruditionis educationisque praebendo exempla perseveret non paucis iam sexus sui enutritis sociabus plerisque tum sacris variarum Congregationum locis, tum saecularibus inclyti huius Regni principum et magnatum feminarum commoditatibus applicatis, nonnullis in matrimonium collocatis, caeteris sui instituti promotioni addictis, est certe cur eandem tamquam veram orphanellarum tutatricem, in Nostram mutuam, una cum sociabus eius Reginalem suscipiamus tutelam, non ut pacate tantum vivere Deoque ita pla-

citas parare valeat victimas, sed ut quoque eo magis locus hic, in Metropolitana hac Urbe propagetur ac omnis debita securitas eidem, una cum adscitis suae educationi pupillis virginibus tum et bonis ac domicillis earundem intra vel extra Civitatis istius muros alibive habitis et habendis provideatur, Ludusque hic Virginum maiores virtutum suarum exerceat profectus, utpote quae simili pariter et a serenissima pie defuncta Constantia Poloniae Regina insignitae sunt gratia ac libertate. Quas dum Nos materno excipimus sinu, volumus et benigne requirimus omnes et singulos ut earundem quoque commoditati ac honestati utilique bonorum quam diligentius provideri semper curent, praestituri et Deo munus acceptabite, et nobis perquam gratiosum, in cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro communiri iussimus. Datum Cracoviae Die VIII Mensis Januarii Anno Domini M D C L X I.

Ludovica Maria Regina

Oryg. pergaminowy, dość dobrze zachowany, wymiar 48 × 27 cm, z pięknym inicjałem (litera S), pieczęć woskowa okrągła na sznurku czerwonym, nieco zatarta, o średnicy 6 cm.

7

1662, 15 marca, Lwów.

Jan Kazimierz, król Polski, pozwala Katarzynie Czeskiej ufundować klasztor karmelitanek trzewiczkowych w Krakowie przy ulicy Szpitalnej, o ile fundację tę zatwierdzi przyszły sejm.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhiniae, Smolensciae, Czernichoviaeque, nec non Seucorum, Gotthorum, Vandalorumque haereditarius Rex.

Significamus praesentibus litteris Nostris quorum interest universis et singulis tam praesentis quam futuri aevi hominibus. Non alia Regnorum integritatem regnantiumque felicitatem stipare melius praesidia quam religiosa piorum caetuum agmina. Saepe quod adamantinae loricae quod superbis onustae custis non potuere galeae inermia efficere cilicia, saepe quod reboantes tormentorum fragores nequivere effusa ab imo pectore conciliare suspiria. Nec melius porro publicae consulitur integritati, quam dum foris virilis depugnant, domi devotus Supremo laurearum olearumque supplicat femineus sexus, quando ibi ignita candentium globorum iacula, hic iaculatoria ardentium cordium expediantur in caelum vota. Quo circa optime providum Regnantium providentia dum tot omni genere devotionis instructissima multiplicavit caenobia, plurium plus semper pondens habet deprecatio. Cum itaque Nobilis Catharina Czeska zelo pietatis ducta in animum suum induxisset pium fundandi Moniales Ordinis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo antiquae regularis observantiae propositum, et huic laudatissimae intentioni lapideam suam cum sacello Cracoviae in platea Hospitali sitam, iuxta lapideam famatae Brzuchańska existentem destinavisset, Nobisque per Religiosum P. Eliam Szablowski Priorem Conventus eiusdem Ordinis Cracoviensis supplicasset, quatenus auctoritate Nostra Regia devotae huic annueremus intentioni. Nos cum Consiliariis Nostris pensata pii huius operis rectitudinem Divinum cultum in Nostro quam maxime vigere cupientes Regno, ad maiorem Divini Nominis gloriam faciendam...[8] duximus quatenus praedictae Nobili Catharinae Czeska facultatem et consensum Nostrum Regium super hancce Monialum Praedicti Ordinis fundationem daremus et concederemus: uti quidem damus et concedimus praesentibus litteris Nostris salva manente ratihabitione Omnium Ordinum in futuris Regni Comitis Congregandorum vigore quarum litterarum ac futurae ratihabitionis praedicta Nobilis Catharina Czeska praedictas moniales iuxta propositum suum fundabit omne ac integrum ius suum haereditarium quod ipsi super dictam lapideam servit ac competit in illas transferet transfundetque vigore vero totius istius cessiones praesentisque consensus Nostri in futuris Regni comitiis unanimi omnium Ordinum assensu approbandi praedictae Moniales praememoratam lapideam una cum dicto sacello, cum omnibus fundis, areis, structuris, aedificiis, commodis, utilitatibus et emolumentis attinentibus et pertinentibus ad dictam lapideam spectantibus nullis plane exceptis tenebunt habebunt et possidebunt iure perpetuo et irrevocabilis donationis titulo, unanimi omnium Ordinum in futuris Regni Comitiis approbando consensu. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos Serenissimosque Successores Nostros praedictas Moniales ab usu et pacifica possessione dictae lapideae omniumque attinentiarum, salva manendi ratihabitione comitiali, amoturos aut alienaturos neque amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum ius perpetuum illis conservaturos idemque Serenissimi Successores Nostri praestituri sunt. Quod ad notitiam omnium quorum interest praesertim vero Reverendo in Christo Patri Episcopo Loci Ordinario tum Dignitariis Officialibus ac toti Magistratui Civitatis Nostrae Craco-

[8] tutaj oryg. zniszczony.

viensis deducendum mandamus, ut praedictas Moniales in iure sibi a Nobis collato inviolabiliter conservent, manu teneant, neve quo pacto impediant impedirique faciant pro gratia Nostra. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas sigillo Regni communiri mandavimus.

Datum Leopoli, anno Domini MDCLXII die XV. Mensis Martii, Regnorum Nostrorum Poloniae et Sveciae XV anno.

Joannes Casimirus Rex

Consensus super fundationem Monialum Ordinis Beatae Virginis Mariae de Monte Carmelo. Nobili Catharinae Czeska, salva ratihabitione eiusdem in futuris Regni Comitiis.

Oryg. papierowy, podwójnie złożony, nieco zniszczony, wymiar 42 × 28,5 cm, pieczęć okrągła o średnicy 9 cm, wyciśnięta na papierze (na podkładce woskowej).

8

1667, 30 września, Kraków.

Jan Kazimierz, król Polski, na prośby Katarzyny Albiczówny pozwala przenieść fundację Zofii Czeskiej na klasztor sióstr karmelitanek trzewiczkowych, ale z zachowaniem obowiązku wychowywania i kształcenia dziewcząt.

Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kyoviae, Volhynniae, Smolensciae, Czerniechoviaeque, nec non Sveciae, Gotthorum, Vandalorumque haereditarius Rex.

Significamus praesentibus litteris Nostris ad perpetuam rei memoriam valituris universis et singulis quorum interest et interierit, aut quomodolibet in futurum interesse poterit. Expositum Nobis fuisse et esse pro parte et nomine Nobilis, Devotae ac Deodicatae Catharinae Albiczowna Skorecka Praefectae seu Matris Domus Congregationis Virginum in platea Xenodochiali S. Spiritus Cracoviae sitae. Quod licet si Generosa olim ac Devota Matrona Sophia de Macielovice Czeska Domum praedictam pro fovendis et erudiendis puellis minorennibus tam in domibus Nobilium quam in civitate Cracoviensi et extra progenitis, sub titulo Praesentationis Glorissimae Virginis Dei Genitricis Mariae fundaverit et asignaverit, et pro dote ac provisione earundem puellarum et certis obligationibus ac oneribus adimplendis in erectione per Reverendissimum olim in Christo Patrem Petrum Gembicki Episcopum Cracoviensem die 24 Octobris Anno Domini 1644 auctoritate Ordinaria facta descriptis Generosus olim Stanislaus a Dembiany Dembiński uti Magnifici olim Zdenko Szampach Sacri Romani Imperii in Comitatu Hodonin et Milocice Comitis Sacrae Caesariae Maiestatis Consiliarii bellici testamenti executoris de bonis ipsi a Deo collatis ac suae dispositioni commissis summam principalem viginti millium florenos Polonos in censum annuum reemptionalem inscribi procuraverit, ac super praemissis approbatio et ordinatio praenominati Reverendissimi olim Petri Gembicki Episcopi Cracoviensis, prout supra die actu et data descriptum est intercesserit. Tamen quia praefata erectio et fundatio Congregationis Virginum (qua iuxta tenorem erectionis numero quinque in praefata domo ad sedecimum dumtaxat aetatis suae annum manere ibique in pietate, timore Domini, lectionibus, scripturis moribusque et aliis exercitiis muliebribus educari et instrui, deinde vel matrimonio iungi vel in aliquo monasterio sub clausura collocari solent) ob defectum succedentis ex gremio dictarum Virginum Praefectae seu Matris, quae eis post fata modernae exponentis praeesset substitere et perpetuo durare nequit, ideo ne praefata fundatio Congregationis Virginum casu aliquo et temporis cursu aboleatur et tollatur, immo eo firmius subsistat magisque in pietate et timore Domini proficiat, ac in perpetuum illibata permaneat, praefata Catharina moderna Praefecta, qua quadraginta et plus a iuvenili aetate annis in dicta Congregatione degit, novitque optime quae ventura speranda consulere cupiens supplicari Nobis fecit quatenus in erectionem monasteri et conventus formalis et Sanctimonialium Ordinis Beatissimae Virginis Mariae de monte Carmelo antiquea regularis observantiae in loco praefato fundandam, sub cuius monasterii de novo erigendi superioris regimine dictae Virgines perpetuo existerent consensum facultatemque et potestatem dare et concedere ac pium hoc ipsius institutum ac intentionem promovere et ad optatum offectum deducere dignaremur. Nos cum Consiliariis Nostris pensata huius pii operis intentione, Divinum cultum quam maxime et Maiorem Dei et S. S. Virginis Mariae, Regni huius Nostri Patronae Singularis gloriam, in Regno Nostro vigere exoptantes, praefatis supplicationibus inclinati, consensum Nostrum Regium et facultatem plenariam super hanc monasterii et conventus formalis ac monialium praedicti Ordinis fundationem et erectionem, salva tamen quoad institutum et eruditionem puellarum in praefato monasterio erigendo degentium et obligationes Missarum in erectione supra de actu descripto contentas in toto manendi et sub ratihabitione huiusmodi consensus Nostri omnium Ordinum in praesentibus Comitiis

Regni Congregatis damus et concedimus praesentibus litteris. Quorum in fidem manu propria subscriptas Sigillo Regni Nostri communiri mandavimus. Datum Cracoviae Die XXX Mensis Septembris Anno Domini M D C L X V I I Regnorum Nostrorum Poloniae XVIII, Sveciae XIX Anno.

Joannes Casimirus Rex

Consensus supra Monasterium et Conventum formalem Sanctimonialium Carmelitarum Regularis observantiae antiquae Cracoviae in Platea Hospitali erigendum.

Oryg. pergaminowy, dobrze zachowany, wymiar 57 × 38 cm. Z trzech stron są piękne ozdoby w formie fryzu, z herbem królewskim i zakonu karmelitańskiego. Pieczęć woskowa okrągła (na tasiemce jedwabnej niebieskiej) o średnicy 9 cm, nieco przyniszczona.

9

1670, (bez daty dziennej), Warszawa.

Eleonora Maria, królowa Polski, żona Michała Karybuta Wiśniowieckiego, bierze w opiekę zgromadzenie panien prezentek zajmujące się wychowaniem sierót i ubogich panien.

Eleonora Maria Dei gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, nata Princeps Regia Hungariae, Bohemiae, Archidux Austriae.

Significamus praesentibus litteris Nostris, quorum interest universis et singulis. Tametsi omnes coetus Religiosos propenso affectu prosequi solemus, ut quorum assiduis precibus placatur Numen Divinum, singularem tamen animi Nostri significationem Congregationi Deodicatarum Virginum regulam S. Euphemiae observantium, Cracoviae in platea Sancti Spiritus existentium declaratam esse volumus, ubi pauperes pupillae parentibus orbatae et tutoribus carentes, non modo benigno excipiuntur sinu et foventur, verum etiam christianae eruditionis et modestiae officia evidenti erga proximum charitatis documento perhibentur. Proinde cupientes, quatenus dicta Congregatio semper omni queat perfrui pace atque sine quovis impedimento solita instituti sui peragere officia, eandem, laudabili Serenissimae olim Ludovicae Mariae Reginae exemplo, in protectionem Nostram Reginalem accipiendum esse duximus, accipimusque per praesentes. Requirentes ab Universis et

Singulis tam Ecclesiasticis Praelatis quam Regularibus, nec non Saecularibus quibusvis officis et Magistratibus, ut memoratae Congregationis non minus piae et exemplaris quam Civitati Cracoviensis necessariae commoditati et honestati utilique bonorum quam diligenter semper provideri curent, acceptabile Deo munus, Nobisque gratiosum praestituri. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Nostro communiri iussimus.
Datum Varsaviae Die...[9] Mensis...[10] Anno Domini MD.DC.LXX.

Eleonora Regina

Protectio Congregationi Virg. Deodicatarum, Cracoviae in platea S. Spiritus[11] existentis.

Oryg. papierowy, podwójnie złożony, wymiar 41 × 26 cm, dobrze zachowany, pismo piękne i wyraźne, z dużym inicjałem (litera S), pieczęć okrągła o średnicy 5 cm, wyciśnięta na papierze (na podkładce woskowej).

10

1715, 5 stycznia, Warszawa.

August II, król Polski, pozwala zgromadzeniu panien prezentek w Krakowie przenieść swą siedzibę z kamienicy przy ul. Szpitalnej do kamienicy mającej być wybudowanej przy kościele św. Jana.

August Secundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolenciae, Livoniae, Severiae, Czerniechoviaeque nec non haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector.

Significamus praesentibus litteris Nostris, quorum interest, universis et singulis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, praesertim vero Nobilibus et spectabilibus Proconsuli, Consulibus, Advocato, Scabinis totique civitati Cracoviensi. Relatum Nobis est, per certos consiliarios Nostros, qualiter pia devotio quorundam Benefactorum, Religiosas ac Deo dicatas Virgines Tituli Praesentationis Beatae Mariae Virginis, in civitate Nostra Cracoviensi, in platea Hospitalis Sancti Spiritus originaliter fundatas, ex loco angusto et obscuro in ampliorem atque ad paratam ecclesiam Sancti Joannis

[9] zostawione wolne miejsce.
[10] zostawione wolne miejsce.
[11] Dom kongregacji był wówczas przy ul. Szpitalnej.

Apostoli et Evangelistae cum auctoritate Reverendi in Christo Patris Episcopi Cracoviensis transferre ibidem praedictas Religiosas Virgines fundare, locare et erigere intendat, quod suum propositum ac pium desiderium, ut quantocius ad effectum deducere valeat, supplicatum est Nobis, quatenus ad praemissa consensum Nostrum Regium praebere, licentiam transferendi et respective novam fundationem erigendi, in Regia Nostra Civitate, de Suprema Regia Nostra potestate et auctoritate impertiri et concedere dignaremur. Nos vero pietatem et devotionem eiusmodi amplectentes et ut sub Regni Nostri gubernaculis cultus Dei amplietur, summopere desiderantes, non tantum super praemissa ex voto consentimus et licentiam fundandi conventum supradictis Religiosis Virginibus ad ecclesiam Sancti Joannis Apostoli impertimur, sed Nobilem et Spectabilem Magistratum Cracoviensem obligamus, ut ex Officio Suo in acquirendis lapideis, areis desertis, atque fundis, pro fabrica conventus erigendi necessariis, citra cuiuspiam contradictionem non obstantibus legibus de non alienandis bonis civilibus ad manus Regularium latis, praedictas Religiosas ac Deo dicatas Virgines adiuvet, ea tamen lege et conditione, ut lapidea prioris domicillii et residentiae praedictarum Virginum, ad pristinum statum, naturam et conditionem civilem redeant atque revertantur, maneantque et sint per quoscunque Cives Nostros exemptibiles, atque iurisdictioni civili subiaceant. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus.

Datum Varsaviae die V Mensis Januarii Anno Domini M D C C X V. Regni vero Nostri XVIII Anno.

Augustus Rex

Consensus transferendi Conventus Religiosarum Virginum Tituli Praesentationis B.M.V.. ad Ecclesiam Sancti Joannis Cracoviae

Oryg. papierowy, 2 karty in folio (zapisana pierwsza), dobrze zachowany; pieczęć papierowa okrągła o średnicy 9,5 cm, naklejona na dokument.

JOSEF SVÁTEK

STAVEBNÍ A UMĚLECKÝ VÝVOJ MINORITSKÝCH KONVENTŮ VE SLEZSKU A V KLADSKU V 18. STOLETÍ

Velmi zajímavou a v podstatě neznámou kapitolou z dějin umění je stavební a umělecký vývoj konventů minoritského řádu české a moravské provincie v 18. století. V té době byla provedena rozsáhlá barokisace gotických řádových domů a kostelů, která někde zcela změnila jejich dosavadní vzhled. Stavební vývoj některých konventů byl sice zpracován monograficky nebo v článcích, ale autoři těchto prací si všímali zpravidla jen konventů významnějších a většinou dosud existujících, kdežto k domům již zaniklým nebylo skoro přihlédnuto. Zabývaje se stavebním vývojem minoritského konventu v Opavě, v němž jsou od r. 1953 prováděny rozsáhlé adaptace, a zpracovaváje jej jako podkladový materiál pro jejich uskutečňování [1], našel jsem též údaje týkající se i ostatních řádových domů. Protože jde o neznámý materiál, který obohatí naše vědomosti na tomto úsedku dějin umění věnuji se jeho soustavnému zpracovávání pro všechny konventy v Čechách [2], na Moravě, ve Slezsku [3] a v Kladsku, rozdělených do provincie české a do provincie moravské.

Česká provincie vznikla v r. 1228 jako provincie česko-polská a patřily k ní i konventy na Moravě; r. 1517 vytvořily domy

[1] J. Svátek, *Adaptace v budově Zemědělsko-lesnického archivu w Opavě*, Zprávy památkové péče, Praha, roč. 14 (1954), s. 246—247; týž, *K adaptacím v budově Zemědělsko-lesnického archivu v Opavě*, Vlastivědny věstník moravský, Brno, roč. 10 (1955), s. 122—126; týž, *K restaurování barokních plastik v Opavě*, Umění a řemesla, Praha, roč. 1 (1956), s. 125—127; týž, *K stavebnímu vývoji opavského minoritského kláštera v 18. století*, „Sborník" Opava (1956), s. 204—205; týž, *K stavebním změnám minoritského konventu w Opavě*, Slez. sborník 55 (1957), s. 132—136.

[2] J. Svátek, *Stavební a umělecký vývoj minoritských konventů ve východních Čechách v 18. století*; předneseno v Krajském muzeu v Pardubicích 8. června 1957 (vyjde tiskem v Hradci Králaé r. 1958).

[3] J. Svátek, *K stavebnímu a uměleckému vývoji minoritského konventu v Krnově v 18. století*, Vlastivědný zpravodaj Krnovsko 1957, čís. 2.